

Zählung und eine Taxirung ist interessant. Die feinste Abschlemmung ergab mir, aufser dem Groben, etwa 9 Cubiklinien Masse an feinsten Körnchen. Wären alle $\frac{1}{3000}$ ''' groß, was nicht der Fall ist, so würde die Zahl derselben 27000 Millionen für jede Cubiklinie betragen. Nimmt man aber $\frac{1}{500}$ ''' Durchmesser als Mittelgröße an, so wird die Zahl 125 Millionen in je einer Cubiklinie betragen und man hat hiermit einen Maafsstab für die nachweisbaren Millionen Einzelheiten aus denen die veränderliche Lichtpracht der verbrennenden Stahlfeder besteht.

Da die atmosphärischen Staub-Kügelchen des Südoceans sich durch schwer zerbrechliche Schale, mannigfachere Form und durch kleine, meist der Öffnung gegenüber befindliche stielartige Anhängsel, welche dem überschüssigen Tropfen der Seifenblasen entsprechen, unterscheiden, so mögen die verschiedenen Gaseinwirkungen wohl diese Verschiedenheit bedingen, aber, daß besondere auf Eisen einwirkende Gase solche Producte in verschiedenen Verhältnissen sehr gleichartig liefern, ist wol hiermit aufser Zweifel gestellt.

Die Erläuterung der Kupfertafel ist am Schlusse des Folgenden.

Hr. Ehrenberg schließt hieran die zum Vortrag vom November gehörigen Diagnosen der damals von ihm verzeichneten neuen mikroskopischen Formen mit einigen Zusätzen.

Kurze Characteristik der 9 neuen Genera und der 105 neuen Species des ägäischen Meeres und des Tiefgrundes des Mittel-Meeres.

Die schon bekannten Formen des Verzeichnisses sind in der Mikrogeologie meist abgebildet und der hier benutzte Maafsstab ist derselbe, welcher auf den Tafeln der Mikrogeologie beigegeben ist.

Es werden hier zugleich die 1854 genannten neuen Arten des ägäischen Tiefgrundes erläutert.

Nova Genera.

POLYGASTRICA.

I. HETEROMPHALA. Pinnulariam s. Himantidium vel Tabellariam fere referens forma. Bacilla concatenata fascias formantia, in facie laterali catenae per totam longitudinem in medio

levia, lateribus pinnulatis aut striatis, in medio umbilici speciem gerentibus. Apices trilobi, suturis (lineis) subtilibus in opposito quovis sinu terminantibus.

Umbilicus vocatur pars lateralis media, ubi striae deficiunt eaque, contrario Pinnulariae s. Tabellariae modo, ab externa parte ad internam dilatatur, dum umbilicus a latere observatus extus latiore, intus angustiore infundibuli formam apud Pinnularias refert.

Facies ventralis et dorsualis non observatae sunt. Huc pertinent corpuscula, quae Pinnulariae? Himantidii? nomine in enumeratione designata sunt.

POLYTHALAMIA.

II. ARISTEROPORA. E familia Rotalinorum Turbinoidibus. Spira in sinistro latere aperta in dextro oblecta, sinistro latere poris pertuso, dextro imperforato. = Porospirae sinistrorsum spirales. cf. Monatsber. 1844. p. 75.

III. ARISTEROSPIRA. E familia Rotalinorum, sectione Turbinoidum. Spira in sinistro latere aperta, in dextro oblecta, utroque latere poris pertuso. = Planulinae sinistrorsum spirales.

Haec duo genera characteribus distinguuntur, quos d'Orbigny et sectatores ejus pro variabilibus habuerunt. In errorem duxerunt Icones Soldani de Polymorpha dictis formis aliisque similibus.

Rotalinorum a d'Orbignyo enumeratas et pictas formas, propter defectum accuratae observationis primordialium cellularum earumque ratione, non eo quo nunc opus est modulo metiri et definire possumus, sed verisimiliter Truncatulinatula lobatula ex parte ad Aristeroporas, ex altera parte ad Planulinas, Rotalina Boueana, Aknerina et Dutemplei cum aliis aliorum generum (Anomalinae, Rosalinae) formis ad Aristerospiras pertinent.

IV. CERATOSPIRULINA. E Plicatiliis familia. Characteres Quinqueloculinae, sed aetate protracta in tubuli recti simplicis formam excrescentes. Quinqueloculinam longe tubulosam rostratam aequat.

Sicut Clavulinae, Sagrinae, Spirulinae et Spiroplectae ex Rotalinis aut Textilariis in aliorum gene-

rum characteres aetate ita abeunt, ut sensim simpliciores fiant, ita, quod hucusque in superficialibus formis nusquam observatum est, maris abyssi condunt Plicatiliū formas plicas aetate explicantes. — Juniora specimina caute igitur a falso generico nomine defendenda sunt. Ceratoloculinae vox erronea est.

V. ENCORYCIUM. E familia Nodosarinorum. Characteres Nodosariae rostratae, rostello in omnibus cellulis liberam papillam mediam formante, cellulis partim se involventibus.

Nodosariis eae formae remanent, quarum ostiolum in ipsa strictura articuli terminatur et quarum cellulae igitur nulla parte sese involvunt.

VI^a. SELENOSTOMUM. E familia Rotalinorum, sectione Nautiloidum. Spira in utroque latere oblecta, oris apertura in sinistro singularum cellularum medio latere rimam curvatam reflexam supra marginem ascendentem referente.

^b. SPIROBOTRYS. E familia Asterodiscinorum. Vid. Monatsber. 1844. p. 245-248.

PYLODEXIAE et CIMELIDII nova Genera vide fol. 28 et 22.

POLYCYSTINA.

VII. PYLOSPHAERA. E familia Halicalyptrinorum. Characteres Haliphormidis, sed sphaerae cauae pariete continuo regulariter celluloso et apertura simplice coarctata regulari instructo.

Cenosphaerae Pylosphaeris habitu proximae sunt, sed aperturam insignem non offerunt. Haliphormides Dictyospyridibus affines, sed solitariae nec geminatae sunt et aperturam irregularem nec simplicem gerunt. Acanthosphaerae sunt Cenospaerae radiatim aculeatae.

Cenosphaerae et Acanthosphaerae cum sine apertura bene discreta existant et sphaeras reticulatas siliceas clausas referant, a Polycystinis reliquis aberrant, forsan ad Spongiarum carpella pertinent, Inclusos crystallos nunquam vidi.

MOLLUSCA TESTACEA.

VIII. BRACHYSPIRA. Ad Ctenobranchia (Pectinibranches Cuv.) accedens. Testa spiralis, dimidium, unum aut sesquialterum spirae ambitum ostendens. Apertura ampla equitans i. e. margini spirae medio imposita.

Tales maris profundi formae a pullis vulgariū marinarum Ctenobranchiorum valde differre videntur.

IX. PLEUROSPIRA. Ad Ctenobranchia accedens. Testa spiralis, dimidium, unum aut sesquialterum spirae ambitum gerens. Apertura ampla lateralis obliqua, sinistra.

Utrum formae Ctenobranchiorum microscopicae, structura simpliciore et tenuitate insignes, in profundi maris limo interdum frequentes, sui generis sint, an ad superficialium cognitarum formarum statum juvenilem referendae sint, id hodie non dijudicare licet. Marina recens exclusa Mollusca testacea proxime sane ad has formas accedunt, sed cuinam speciei aut generi hae addicendae sint non liquet. Defectus cognitionis status juvenilis majorum formarum microscopicas separare cogit. Juvenili ardori commendanda est nova scientiae provincia, in qua Testaceorum recens exclusorum testae magnitudo, spirae ambitus in certa magnitudine, superficies, parietis crassities et structura, apertura et umbilicus exacte definiantur.

Apud Conchifera, mensura testae bivalvis, parietis crassities, sculptura et structura, imprimis vero cardinis sulci et denticuli observandi, numerandi et cum adulti ratione comparandi sunt. Ad hunc usque diem accuratae mensurae et descriptiones nullae factae sunt, hinc microscopicae abyssorum formae comparari nequeunt. Absoluto vero aliquatenus illo commendato studio id dirimi iudicio poterit, utrum microscopicae profundi maris Testaceorum, loco et forma insignes, species propriam ibi degant vitam.

Novae Species.

POLYGASTRICA.

1. AMPHORA aegaea. A. navicularis oblonga, utroque fine truncata lineis longitudinalibus punctatis 10 ornata, umbilici duo oblongi in totidem lineis curvis medii, spatio inter umbilicos lineis duabus rectis in utroque fine curvatis instructa. Longit. $\frac{1}{30}$ ''' Latit. $\frac{1}{70}$ '''. E maris aegaei fundo 102 pedes alto.
2. ARACHNODISCUS? Fragmentum amplum incertum. E fundo maris aegaei 1020' pedes alto. Disci diameter fere $\frac{1}{10}$ '''.
3. COCCONEIS fimbriata. C. elliptica transverse punctato-striata, striis 25 utrumque finem versus curvatis, in margine denticulorum fimbriam efficientium forma prominulis, sutura media distincta umbilico oblongo obsoleto. Longit. $\frac{1}{48}$ ''' Latit. $\frac{1}{70}$ '''.

E maris aegaei fundo 1020' pedes alto.

4. **DIPLONEIS Proserpinae.** D. eximie magna profunde constricta, lobis fere rhomboidibus, apicibus subacutis, lateribus striatis, recto angulo decussatis lineis, taenia media laevi pellucida lata, lineis duabus in 3 partes divisa, umbilico medio rotundo. Long. $\frac{1}{17}$ ''' Lat $\frac{1}{48}$ '''.

E maris aegaei fundo 1020 pedes alto.

5. **HETEROMPHALA Himantidium.** (= Novum Genus? Pinnularia? Himantidium 1854.) H. bacillis octies longioribus quam latis, apicibus rotundatis leviter trilobis, catenis brevibus. Duo specimina vidi, 5 bacillis constantem catenam.

E mari aegaeo 420' et 456' alto.

POLYTHALAMIA.

6. **ARISTEROPORA graeca.** A. 15 cellulis $\frac{1}{12}$ ''' superans laevis, cellulis amplis in margine spirae parum prominulis, poris inaequalibus maximis in sinistro, spirae, latere ubique frequentibus in quarum interstitiis minima alia puncta apparent. Primordiali cellula majore $\frac{1}{136}$ ''' lata, septima cellula secundae insidente, primo circulo $\frac{1}{36}$ ''' lato.

In imperforato dextro latere spira minus distincta. Aperturae rima tenuis in latere dextro sub margine ultimae cellulae. Pori non contigui, in $\frac{1}{96}$ lineae spatio 2-3, aequali fere spatio discreti.

Cum Spongia officinali Maris aegaei.

7. — stichopora. (= Porospira stichopora 1854.) A. 13 cellulis $\frac{1}{18}$ ''' aequans, laevis cellulis turgidis in margine spirae a nona inde prominulis, apertae spirae latere complanato et poris magnis in serie simplici ad spiram et basin cellularum positus 1-6 ornato.

Primordialis cellula non perforata $\frac{1}{168}$ ''' lata globosa, sexta secundam tangente, primo cyclo $\frac{1}{45}$ ''' lato. In dextro, spiram occultante latere, imperforato, novissima tantum cellula 4 poros in vertice gerit.

E fundo maris aegaei 420 ped. alto.

8. — micropora. A. 14 cellulis $\frac{1}{18}$ ''' fere aequans, laevis, cellulis depressis e margine continuo vix prominulis, spirae latere complanato, poris parvis frontalibus in series obliquas dispositis, in juvenili statu sparsis.

Primordialis globosa cellula $\frac{1}{8}$ ''' aequat, septima secundae insidente, primo cyclo 6 cell. absoluto $\frac{1}{50}$ ''' lato. Majores cellulae obliquiores, minores subglobosae, octo primae poris sparsis notatae, nona duas series curvatas in latere frontales gerit, reliquae simplicem.

E fundo maris aegaei 714 ped. alto.

9. **ARISTEROSPIRA** Alloderma. A. 14 cellulis $\frac{1}{30}$ ''' alta laevis, sinistro spirae apertae latere plano, dextro tumido, utroque poris raris, dextro majoribus, perforato, parietibus in 8-9 primis cellulis tenuibus, in reliquis subito valde incrassatis.

Primordialis cellula $\frac{1}{288}$ ''' fere aequat, sexta secundae insidet et primum circulum $\frac{1}{90}$ ''' latum 5 cellulis claudit. Secundus circulus undecima absolvitur $\frac{1}{36}$ ''' latus. In margine 5 cellulae prominent eaeque in dextro latere spiram abscondunt, limitibus in centro non umbilicato concurrentibus. Aperturae rima sub margine ultimae cellulae obsoleta simplex.

Colpopleurae ocellatae, Planulinae ocellatae et Rosalinae laevigatae affinis forma, quae saxa cretacea sicut copiosissima replent, sed generis characteribus diversa. Admodum memorabilis species maris cretici fundum 9720 pedes altum immensa copia constituit et acido exesis testulis corpuscula mollia, testae formam referentia, hyalina prodit.

Cfr. Abhandl. d. Akad. 1838. de Rosalina, Monatsberichte 1844 p. 74 et 92 de Colpopleura et de Planulinis (Rosalina) p. 94.

10. —? alma. A. 10 cellulis $\frac{1}{30}$ ''' alta, aspera, Rotaliam asperam referens, imperforata(?) cellula primordiali $\frac{1}{250}$ ''' fere lata, sexta secundae insidente, primo circulo $\frac{1}{58}$ ''' alto, 5 cellulis absoluto, postea sex in ambitu prominulis. Parietes crassi asperi.

Aëre repletam vidi totam. Fossilis testae habitum gerit.

E fundo maris cretici 1500 ped. alto.

11. — Amathiae. A. 12 cellulis $\frac{1}{30}$ ''' lata subtiliter aspera, cellulis subglobosis sex in ambitu prominulis, majoribus subtiliter et laxe porosis, primordiali $\frac{1}{240}$ ''' lata, sexta secundam tangente, primo circulo $\frac{1}{82}$ ''' alto, imperforato, laevi, parietibus in 7 mediis (primis) cellulis tenuibus in externis validioribus.

E fundo maris cretici 3000 et 6900 ped. alto.

12. — Globularia. A. parva, 8 cellulis $\frac{1}{44}$ ''' lata, laevis hyalina, poris destituta, 5 cellulis in ambitu valde turgidis, primordiali $\frac{1}{288}$ ''' lata, quinta secundam non attingente, sexta ei insidente, 5 cellulis primum circulum $\frac{1}{61}$ ''' altum cludentibus, parietibus omnium tenuibus.

An Phanerostomi pulli? Sed character hujus generis non conspicuus est.

E fundo maris cretici 9720 ped. alto.

13. — holoplea. A. amplior 15 cellulis $\frac{1}{8}$ ''' superans laevis, sinistro apertae spirae latere plano poris magnis dense ubique pertuso, dextri aequaliter porosi lateris umbilico crasso integro radiatim excurrente, cellulis margine non prominulis.

Primordialis media cellula $\frac{1}{110}$ ''' lata globosa, septima secundam tangens, octava ei insidens, primus cyclus praeter mediam primam 7 cellulis absolutus $\frac{1}{25}$ ''' altus, secundus 14 praeter mediam cell. $\frac{1}{8}$ ''' superat. Parietes crassi. Spira angulosa.

E fundo maris aegaei 714 ped. alto.

14. — Isoderma. A. tenera 10 cellulis $\frac{1}{39}$ ''' alta laevis subtiliter laxe porosa, 5 cellulis in ambitu prominulis, primordiali media $\frac{1}{320}$ ''' lata, sexta secundae insidente, circulo primo 5 cellulis facto $\frac{1}{80}$ ''' alto, parietibus tenuibus.

Pori in 4-5 primis cellulis obsoleti. Secundus circulus, praeter mediam, 9 cellulis absolvitur.

E fundo cretensis maris 9720 ped. alto.

15. — laevigata. A. imperforata, laevigata, hyalina 11 cellulis $\frac{1}{23}$ ''' alta, sex in ambitu prominulis, primordiali $\frac{1}{260}$ ''' fere lata, quinta secundam tangente, quatuor primum circulum $\frac{1}{64}$ ''' altum constituentibus, parietibus attenuatis.

In dextro latere sex cellulae limitibus in centro concurrentibus imperforatae spiram obtegunt.

E fundo maris cretici 9720 ped. alto.

16. — Melo. A. amplior, cellulis depressis superficie hispidula, poris parvis crebris sed laxe obiecta, 15 cellulis $\frac{1}{9}$ ''' superans, cellula primordiali $\frac{1}{132}$ ''' lata, sexta secundam non tangente, septima ei insidente et circulum primum $\frac{1}{28}$ ''' latum cludente.

In ambitu 5 cellulae turgentes prominent. Parietes in primis cellulis crassiores. Duodecima cellula, cum media, secundum circulum absolvit.

E fundo maris aegaei cum Spongiis. Recentius observata forma in enumeratione addenda est.

17. — mediterranea. A. ampla obscura 16 cellulis $\frac{1}{8}$ superans laevis, in diverso latere diverse porosa, primordiali cellula $\frac{1}{100}$ lata, sexta secundae insidente, primo circulo 6 cellulis cum media $\frac{1}{31}$ lato, secundo 11 cellulis $\frac{1}{14}$, tertio 16 $\frac{1}{8}$ superantibus. Cellulae depressae 5 aut 6 in ambitu, parietibus in cellularum media serie crassioribus. (Extrema cellula sinuosa).

Sinistri lateris pori rariores et sparsi, dextri lateris crebriores. Dextri lateris 5 cellulae spiram occultantes limitibus convergunt et areolam umbilicalem pentagonam circumdant.

Recentiori tempore addita species, e spongiis maris aegaei.

18. — Menipeae. A. ampla diaphana, 11 cellulis $\frac{1}{9}$ alta, leviter areolata, aequaliter porosa, primordiali cellula $\frac{1}{110}$ lata, sexta secundae insidente, primo circulo $\frac{1}{20}$ lato, cellulis in ambitu 7 conspicuis, majoribus margine prominulis, parietibus crassis.

Cellulae extremae frons elevata.

E fundo Maris aegaei cum Spongiis.

19. — platypora. A. parva laevis hyalina 8 cellulis $\frac{1}{40}$ alta, primordiali media $\frac{1}{192}$ lata globosa, sexta secunda insidente, singulis cellulis poris magnis 1-5 perforatis, circulo primo 5 cellulis praeter mediam absoluto $\frac{1}{58}$ lato.

In secunda et quarta cellula pori desiderantur, in prima et tertia 1, in quinta 2, in sexta 4, in septima 5, in octava 3.

E fundo maris cretensis 3000' alto.

20. — sparsa. A. ampla, laevis, porosa, 12 cellulis $\frac{1}{9}$ superans, primordiali ovata $\frac{1}{49}$ longa, nona secundae insidente, primo circulo $\frac{1}{13}$ alto, 8 cellulis, praeter mediam, absoluto. poris diversorum laterum diversis, parietibus crassis, cellulis in ambitu adultae 8, majoribus, margine paululum prominulis.

Pori sinistri lateris majores rari interpositis subtilioribus, dextri lateris pori densissimi punctiformes aut lineares subtilissimi.

E fundo maris aegaei 420 ped. alto.

21. — trematophaena. A. ampla diaphana, 20 cellulis $\frac{1}{6}$ aequans, sinistro spiram efferente latere complanato, dextro tur-

gido, poris in sinistro latere rotundis in dextro tubulosis perforata, primordiali cellula $\frac{1}{120}$ ''' lata, sexta secundam attingente, primo 5 cellularum circuitu $\frac{1}{34}$ ''' alto, parietibus crassis, 8 cellulis in ambitu conspicuis, extremis solum margine leviter prominulis.

Secundus circulus 12 cellulis $\frac{1}{15}$ ''' aequat, tertius 19 cellulis $\frac{1}{7}$ ''' superat.

E fundo maris aegaei 714 ped. alto nuper addita species.
22. — undulata. A. ampla, laevis diaphana, subtiliter porosa margine sinuoso-undulato, 16 cellulis $\frac{1}{8}$ ''' aequans et duos cyclos absolvens, primordiali cellula $\frac{1}{72}$ ''' lata globosa, octava secundam attingente, primum cyclum $\frac{1}{18}$ ''' latum claudente, parietibus cellularum minorum (juvenilium) valde incrassatis, extremarum tenuibus.

Tres extremae majores cellulae margine sinuoso-undulatae. In toto ambitu 8 cellulae levissime discretae in dextro latere, recedente aperturae linearis flexuosae margine, 9 numerantur. Pori sinistri lateris punctiformes, dextri in minoribus cellulis lineares (tubulosi).

Specimen unum multis globulis nigris sparsis majoribus ferreis refertum fuit, quales parum cauti observatores alibi pro ovis habuerunt.

E fundo maris aegaei 714 ped. alto, nuper addita species.
23. ASPIDOSPIRA depressa. A. ampla, laevis 10 cellulis depressis $\frac{1}{13}$ ''' superans et duos cyclos absolvens, spirae apertae latere dextro imperforato plano, sinistri turgidi lateris poris magnis prope marginem sparsis raris, primordiali cellula $\frac{1}{80}$ ''' aequante, quinta secundam non attingente, sexta ei insidente, primo circulo sex cellulis facto $\frac{1}{20}$ ''' lato, secundo denuo 4-5 cellulis absoluto, cum decima sextam attingat, parietibus crassis.

In ambitu 5 cellulae parum discretae, aperturae limbus flexuosus, in latere sinistro.

E maris aegaei Spongiis.

24. BILOCULINA aegaea. B. dilatata 7 cellulis $\frac{1}{8}$ ''' superans, sulcis longitudinalibus (in $\frac{1}{96}$ ''' 3-4) leviter exarata, imperforata fronte late cristata, primordiali cellula ovata $\frac{1}{51}$ ''' longa, 5 primis $\frac{1}{11}$ ''' altis, crista ampla semilunari lateribus recurvis, osti-

olo parvo in basi cristae medio, rotundo, dente superiore diviso.

Forma Spiroloculinae. Crista frontis a quinta v. sexta cellula demum formari videtur. Juveniles formae adultis non comitatae mensura et sulcis distinguuntur. Balsamo imbuta pellucida fit.

E maris aegaei Spongiis.

25. **CALCARINA?** *Aristeropora*. C. ampla laevis elegans, 18 cellulis $\frac{1}{10}$ '' superans, primordiali $\frac{1}{52}$ '' lata subglobosa denticulo obsoleto, septima secundae insidente, primo circulo $\frac{1}{20}$ '' lato, secundo 14 cellulis absoluto $\frac{1}{12}$ '' superante, omnibus cellulis dente forti unico instructis, sinistro apertae spirae latere distincte poroso, dextro, obtectae spirae, latere fasciis subtiliter porosis e centro radiantibus in singulis cellulis 5-7 ornato, parietibus incrassatis.

In ambitu 9 cellulae prominulae totidemque dentes breves marginales. Aperturae rima dextra centrum petens.

E maris aegaei Spongiis nuper extracta forma. — An *Aristeropora Calcarina* vocanda?

26. **CERATOSPIRULINA** *Sprattii*. C. laevis, oblonga, luce permeante fusca, 18, uti videtur, cellulis $\frac{1}{9}$ '' longa, rostro tubuloso, recto, dimidia totius longitudine, apice truncato.

Latitudo spirae bis semis in longitudine.

E fundo maris cretici 3000' alto. Eximie singularis forma.

27. **CRISTELLARIA** *rostrata*. C. ampla integerrima laevis, 4 cellulis $\frac{1}{11}$ '' aequans, primordiali cellula ovata, cum rostello $\frac{1}{22}$ '' omnium cellularum rostello brevi frontali crasso, spiram angulosam reddente, parietibus levius incrassatis.

E fundo maris aegaei 714' alto.

28. **ENCORYCIUM** *Nodosaria*. E. hyalina tenera laevis imperforata, 3 cellulis $\frac{1}{12}$ '' superans, primordiali cellula ovato-oblonga obtusa $\frac{1}{38}$ '' longa, cellulis extus strictura discretis, intus apice late truncato involutis, ostioli tabulo intus reflexo, parietibus tenuibus. — Ostiolum non rostratum leviter sensim attenuatum.

E fundo maris cretici 3000' alto.

29. — Terebra. E. brevis imperforata, apice rostrata et basi aculeata 5 cellulis $\frac{1}{2}$ '' superans, sulcis longitudinalibus levibus circiter 24 instructa, aculeo brevi laevi, rostro tereti eleganter annulato apice dilatato 6 dentato, prima cellula sine aculeo $\frac{1}{18}$ '' alta, $\frac{1}{14}$ '' lata, reliquis singulis strictura discretis parietibus crassis, permeante luce fuscescentibus.

In speciminae 8 cellulis exstructo, rostrum stiliforme suam cellulam aequat et 7 annulis insigne est. Aculeus posticus dimidiam fere articuli sui longitudinem habet.

E fundo maris aegaei 3000' alto.

GLOBIGERINAE novae species in enumeratione commemoratae hic inter Pylo dexias quaerendae sunt.

30. GRAMMOSTOMUM Amphiroae. Gr. diaphanum areolatum, laxe porosum, laeve, 13 cellulis $\frac{1}{13}$ '' longum, cellulis sensim amplioribus discretis, fronte rotundata imperforata, primordiali $\frac{1}{40}$ '' lata, dimidia parte libera, parietibus crassis.

Quinque primae cellulae (minores) $\frac{1}{48}$ '' fere aequant 9 primae $\frac{1}{24}$ '' superant.

Ex abyssu maris cretensis 1500' alta.

— armatum. Conferatur GUTTULINA armata.

31. — Aristotelis. Gr major lanceolata, valde diaphana laevis, eleganter porosa et lateribus spinescens, 13 cellulis $\frac{1}{5}$ '' longa, iisque duplo longior quam lata, 11 c. $\frac{1}{6}$ '' fere aequans, primordiali cellula globosa $\frac{1}{72}$ '' lata, 6 primis $\frac{1}{24}$ '' longis, omnibus valde obliquis, singulis margine in singulam spinam retrospicientem abeuntibus, parietibus crassis.

Primordialis inermis cellulae paries eximie crassus. Cellularum frontes rotundatae aperturis elongatis amplis. Primae cellulae, basi solummodo porosae et longius aculeatae, fronte imperforata, majores ubique perforatae. Pori in serie $\frac{1}{96}$ '' longa 4, spatio interjecto fere aequales. Ab undecima cellula inde pori magnitudine decrescunt.

Plurima specimina vidi. In multis cellulis particulas rufas molles ovario similes deprehendi.

E fundo maris aegaei 714' alto.

32. — Astigma. Gr. Polystigmatis forma, rhomboides, parum diaphana, $\frac{1}{10}$ '' lata, primordiali cellula subovata $\frac{1}{54}$ '' longa, apertura ampla, parietibus mediocriter incrassatis.

Primae 5 cellulae $\frac{1}{26}$ ''' fere longae totidemque latae, omnium cellularum frons subacuta.

E fundo maris aegaei 714' alto, nuper ex incertis addita species.

33. — Cerberi. Gr. subconicum, crassum, cellulis tuberculorum forma in margine prominulis, imperforatis, fronte rotundata, depressa, 15 cellulis $\frac{1}{12}$ ''' longum, primordiali $\frac{1}{84}$ ''' lata globosa, tertia parte inclusa, parietibus crassis.

Primordiales 5 cellulae $\frac{1}{45}$ ''' longae. Tubercula marginalia denticuli obtusi sunt, e pariete emergentes. Cellulae parum obliquae.

Maris cretici abyssus 6900' alta.

34. — arenicola. Gr. tenerum, lineare, laeve, diaphanum, poris parvis crebris ubique perforatum, 19 cellulis $\frac{1}{7}$ ''' longum, fronte rotundata, primordiali cellula dimidia parte prominula, globosa, $\frac{1}{96}$ ''' lata, 5 primordialibus $\frac{1}{41}$ ''' paululum superantibus, $9\frac{1}{24}$ ''' aequantibus.

Pori in linea recta 4-6 in $\frac{1}{96}$ ''' spatio continentur, distantia minores, parietes mediocres. Cellulae in margine prominulae.

E mari aegaeo cum Spongiis.

35. — depressum. Gr. parvum, oblongo-lanceolatum, compressum, utrinque subacutum, laeve, imperforatum, cellulis obliquis depressis, 14 cellulis $\frac{1}{21}$ ''' fere longum, primordiali $\frac{1}{192}$ ''' lata, tertia parte prominula.

Primae 5 cellulae $\frac{1}{72}$ ''' longae. Parietes tenues, cellulae parum tumidae in margine tamen discretae.

E mari cretensi 1500' alto.

36. — littorale. Gr. tenerum, lineare, angustum, laeve, diaphanum, poris perparvis crebris perforatum, fronte obtusa demum integerrima, 19 cellulis $\frac{1}{9}$ ''' longa, primordiali globosa $\frac{1}{96}$ ''' lata, maxima parte prominula, 5 primis cellulis $\frac{1}{41}$ ''', 9 c. $\frac{1}{24}$ ''' longis, parietibus mediocriter crassis.

Ter et ultra longius quam latum. In minoribus cellulis, ad 11^{max} usque, frons etiam porosa. Pori in $\frac{1}{96}$ ''' recta serie 5-6, interstitio minores. Cellulae in margine leviter discretae, obliquae turgidae.

E Spongiis aegaeis.

37. — Pontii. Gr. parvum, ovato-lanceolatum, utrinque subacutum, non duplo longius quam latum, laeve, integerrimum, fronte obtusiore, 9 cellulis $\frac{1}{44}$ longum, primordiali $\frac{1}{288}$ lata, prominula globosa, parietibus tenuibus.

Primae 5 cellulae $\frac{1}{96}$ longae, omnes in margine leviter discretae.

E maris cretici abyssu 1500' alta.

38. — substriatum. Gr. oblongum, superficie laevigata longitudinaliter levius sulcata, 14 cellulis $\frac{1}{10}$ longum, bis longius quam latum, cellulis porosis, frontis oblique truncatae apice integerrimo parietibus parum incrassatis.

Cellula primordialis tertia parte prominula globosa $\frac{1}{96}$ lata, 5 primae cellulae $\frac{1}{48}$ superant, 9 $\frac{1}{24}$ aequant. Pori sparsi in recta linea 5-6 interstitio minores $\frac{1}{96}$ includuntur. Cellulae in margine leviter discretae. Gr. arenicolae affine, littorali latius.

Cum spongiis maris aegaei.

39. — ? Thoeae. Gr. conicum parvum, celeriter dilatatum, duplici latitudine longitudinem superans, laeve, subtiliter porosum, 12 cellulis $\frac{1}{30}$ longum, primordiali $\frac{1}{168}$ lata prominula, parietibus tenuioribus.

Primae 5 cellulae $\frac{1}{60}$ longae, omnes margine discretae, fronte semiglobosa. Pori sparsi. — Habitus Textilariae.

Ex abyssu maris cretici 6900' alta.

40. GUTTULINA? Homeri. G. ovata, compressa, laevis, diaphana subtilissime punctata, postico fine aculeato, 7 cellulis $\frac{1}{7}$ fere (sine aculeo) aequans, primordiali cellula ovata ampla $\frac{1}{28}$ longa $\frac{1}{34}$ lata, aculeo postico singulo aut multiplici, parietibus primordialibus tenuioribus, apertura operculata.

Tres cellulae primae $\frac{1}{4}$, 5 $\frac{1}{10}$ superant. Aculeus tertiam cellulae partem aequat. Interdum 3 aculei in totidem cellulis primordialibus singuli. Oris operculum clavatum. Particulas molles internas fuscas pro ovarii rudimentis habui.

Primordiales cellulae omnes a majoribus involutae et operculum aperturam terminalem obtegens hanc formam, tribus cellulis ambitum unum efficientem, adeo distinguunt, ut nunc novo proprio generi potius, Cimelidium *κειμηλίδιον* vocando, tribuenda videatur.

E maris aegaei fundo 714' alto.

41. — armata. G. (= Grammostomum? armatum 1854) pyramidalis acute triangula pellucida imperforata, fronte rotundata, postico fine aculeato, leviter aspera, 13 cellulis cum aculeo $\frac{1}{6}$ " superans, primordiali cellula subovata aculeo forti ipsa brevior terminata, sine hoc $\frac{1}{18}$ " longa, reliquis cellulis in margine aculeo forti instructis, adjectis saepe duobus denticulis, parietibus crassis, angulis subalatis.

Tres primae cellulae $\frac{1}{22}$ " longae, $5 \frac{1}{16}$ " aequant. Ostiolum in frontis fovea lata apicali non operculatum. Cellulae omnes apertae nec inclusae, binae oppositae, tertia his alterna.

E maris aegaei fundo 420 ped. alto.

42. NONIONINA fusca. N. ampla, laevis, in utroque latere aequaliter tumens et ample porosa, 19 cellulis $\frac{1}{6}$ " lata, spira media obscura, octava aut nona cellula secundam attingente et circulum primum $\frac{1}{21}$ " fere latum claudente, poris in utroque latere aequalibus magnis sparsis late distantibus, parietibus subcrassis.

Luce permeante fusca, centro obscuriore. Extrema cellula basi media foveam et aperturam subrotundam magnam offert. Pori in $\frac{1}{21}$ " spatio 5-6, $\frac{1}{400}$ - $\frac{1}{500}$ " lati. Cellulae leviter curvatae dorso fronteque late rotundatis, fronte ipsa imperforata. Primordialis cellula obscura $\frac{1}{96}$ " fere lata videtur. In ambitu 9 cellulae non prominulae.

E fundo maris aegaei 714' alto.

43. — graeca. N. ampla, laevis, pellucida, in utroque latere aequaliter tumens et subtiliter porosa, 15 cellulis $\frac{1}{8}$ " attingens, spira translucida, primordiali cellula $\frac{1}{60}$ " lata, 8^{va} cellula secundam vix tangente, nona ei insidente, primo circulo novem cellulis $\frac{1}{16}$ " superante, parietibus levius incrassatis.

Luce permeante crystallina. Extrema cellula osculo impresso anteriore in basi medio, ampliore. Pori punctiformes. in $\frac{1}{96}$ " 6 discreti, fronte cellularum, praeter extremam cellulam, imperforata. Cellulae curvatae amplae in ambitu 8 non prominulae.

E maris aegaei fundo 714' alto.

44. PLANULINA? Crisiae. Pl. dexiospira, levius aspera, arctius conglomerata, 13 cellulis $\frac{1}{22}$ " superans, poris sparsis parvis

pertusa, primordiali cellula minima $\frac{1}{330}$ ''' lata, sexta secundae insidente, circulo primo $\frac{1}{72}$ ''' lato, secundo 10 cellulis $\frac{1}{41}$ ''' alto, parietibus ad 10^{mam} usque tenuibus dein crassis.

Cellulam parvam osculi rimae appositam non pro operculo, sed pro incremento novae cellulae habui. In ambitu cellulae tres prominulae.

Ex abyssu maris cretici 9720' alta. Pl. Cymodoceae affinis.

45. —? Cymodoceae. Pl. dexiospira, leviter aspera, 12 cellulis $\frac{1}{23}$ ''' lata, poris sparsis parvis pertusa, primordiali cellula minima $\frac{1}{330}$ ''' fere lata, sexta circulum primum $\frac{1}{72}$ ''' latum claudente, parietibus ad septimam cellulam usque tenuibus, dein crassis.

Cellulae tumidae in ambitu 5 prominulae. Ostiolum incertum Globigerinae simile adesse aliquoties visum est in hac et in Pl. Crisiae, quae cellularum marginalium numero et parietum crassitie, serius aut citius accedente, differunt.

Ex abyssu maris cretici 3000' alta.

46. — Euridices. Pl. dexiospira, leviter aspera imperforata subtiliter granulata, 12 cellulis $\frac{1}{16}$ ''' superans, primordiali cellula $\frac{1}{172}$ ''' lata sexta circulum $\frac{1}{38}$ ''' latum claudente, parietibus a septima cellula inde sensim crassioribus.

Cellulae in ambitu 6, extrema interdum penultima minore, (incrementum novae cellulae), omnes valde prominulae.

E fundo maris cretici 1500' et 1600' alto.

47. — Forbesii. Pl. dexiospira, ampla, laevis, elegans, pellicida, dense porosa, 19 cellulis $\frac{1}{8}$ ''' superans, primordiali parva $\frac{1}{144}$ ''' lata, septima secundae insidente circulum primum $\frac{1}{28}$ ''' latum claudente, parietibus modice incrassatis, in sinistro latere stella umbilicali imperforata.

Pori in $\frac{1}{96}$ ''' 4 in serie recta, interstitio minores. Cellulae in ambitu 8, margine non prominulae. Spirae dextrum latus complanatum. Ostiolum sub margine angulato.

E fundo 714' alto aegaei maris.

48. —? fusca. Pl. laevis, imperforata, permeante luce fusca, 10 cellulis $\frac{1}{27}$ ''' lata, primordiali cellula $\frac{1}{144}$ ''' lata, septima secundae insidente et primum circulum $\frac{1}{41}$ ''' latum claudente, parietibus tenuibus, cellulis in ambitu 7 prominulis.

An Rotalia? Spira in sinistro latere etiam sed minus ample aperta.

E maris cretici abyssu 6900' alta.

49. — granulata. Pl. dexiospira, coarctata, leviter aspera imperforata, subtiliter granulata, 10 cellulis $\frac{1}{21}$ '' superans, primordiali $\frac{1}{160}$ '' lata globosa, sexta secundae insidente, circulum primum $\frac{1}{38}$ '' altum claudente, parietibus a sexta cellula inde crassis, cellulis in ambitu 5 prominulis.

Cellula undecima decima minor, pro incremento novae cellulae a me habita est.

Ex abyssu maris cretici 3000' alta.

50. — holoplea. Pl. dexiospira, ampla, laevis, pellucida porosa, 16 cellulis $\frac{1}{12}$ '' superans, poris latiusculis dense obiecta, primordiali cellula $\frac{1}{72}$ '' lata, octava secundam attingente, primo circulo 7 cellulis $\frac{1}{22}$ '' superante, parietibus crassis, cellulis in ambitu 9 conspicuis margine vix prominulis.

Pori utriusque lateris aequales.

E fundo maris aegaei 714' alto.

51. — mesolia. Pl. dexiospira, ampla, laevis, elegans, pellucida, poris majoribus dense perforata, 16 cellulis $\frac{1}{8}$ '' superante, primordiali magna $\frac{1}{72}$ '' lata, octava secundae insidente, circulo primo, 7 cellulis praeter mediam absoluto, $\frac{1}{20}$ '' superante, parietibus incrassatis, in sinistro latere stella umbilicali media laevi, imperforata.

Pori in $\frac{1}{96}$ '' 2-3, interstitiis fere aequales. Cellulae in ambitu 7, nec prominulae. Orificium sub margine flexuoso obscurum.

E fundo aegaei maris 410' et 714' alto.

— oligosticta 1854 enumerata Spirobotryos aegaeae pullus est.

52. — Orci. Pl. dexiospira, minor, aspera, conglobata, subtiliter porosa? 11 cellulis $\frac{1}{26}$ '' lata, primordiali $\frac{1}{288}$ '' lata, sexta secundae insidente, circulo primo $\frac{1}{32}$ '' lato, parietibus inde ab octava cellula crassis.

Pori parvi inter asperitates incerti. Cellulae coarctatae in ambitu adulti 4, minoris 5. Extremam aliquam quintam in ambitu adultae cellulam penultima minorem semel vidi eamque pro novae cellulae germine habui. Ostiolum obscurum.

Ex abyssu cretici maris 9720' alta.

53. — Spongiarum. Pl. dexiospira, ampla, laevis elegans, pellucida poris magnis in diverso latere diverse ocellata, 14 cellulis $\frac{1}{8}$ ''' superans, primordiali cellula $\frac{1}{80}$ ''' lata, sexta secundam attingente, circulum primum subrotundum $\frac{1}{30}$ ''' latum, claudente, parietibus modice crassis.

Pori in dextro, spirae, latere rari, varii, aucta cellularum magnitudine decrescentes, in primordialibus cellulis duo tresve, cum decima plures, in sinistro latere crebriores, umbilico imperforato, (ostioli margine lacero). In $\frac{1}{6}$ ''' 2-3 pori $\frac{1}{100}$ ''' fere lati. Cellulae in ambitu 5 conspicuae, non aut vix prominulae, in sinistro latere spiram obtegentes, umbilici areolam irregulariter pentagonam liberam reliquentes.

E Spongiis maris aegaei.

54. POLYMORPHINA Aristophanis. P. ovato oblonga, turgida, laevis, imperforata, postico fine aculeis rectis pluribus ornata, 10 cellulis $\frac{1}{8}$ ''' longa, cellula primordiali ampla globosa aculeata, (sine aculeis) $\frac{1}{37}$ ''' lata, parietibus primordialibus valde incrassatis.

Habitus Grammobotryos aculeatae = Polymorph.? aculeatae (Monatsber. 1844. p. 94.) sed omnibus partibus amplior. Cellulae in uno ambitu ternae irregulares turgidae fronte rotundata. Aculei in primordialibus varii, saepe cellulae suae longitudine, a sexta inde decrescunt, in prima praeter magnam interdum 1-3 minores, in reliquis singuli. — Apertura Textiliariae subrotunda frontalis ampla supera.

E fundo maris aegaei 714 ped alto.

55. POROSPIRA Forbesii. P. dexiopora, ampla laevis elegans pellucida, poris magnis crebris in spirae latere perforata in opposito imperforata, 10 cellulis $\frac{1}{7}$ ''' lata, primordiali media cellula ampla globosa $\frac{1}{62}$ ''' lata, sexta secundae insidente, circulum primum $\frac{1}{14}$ ''' latum claudente, parietibus modice crassis.

Pori in $\frac{1}{96}$ ''' spatio duo late distantes magni. Spira in sinistro integerrimo complanato latere 6 cellulis in ambitu collocatis, nec prominulis, in centro confluentibus obiecta, areola nulla. In unico specimine cellula parva bullacea inte-

gra extremam maximam superabat, quam pro nova cellula, non pro operculo orificii habendam censui.

E fundo maris aegaei 456 ped. alto.

56. — Naxi. P. dexiopora, ampla laevis, poris magnis in quavis media cellula acervatis, 9 cellulis $\frac{1}{12}$ ''' lata, primordiali $\frac{1}{62}$ ''' lata, septima secundae insidente circum primum $\frac{1}{18}$ ''' latum claudente, parietibus modice crassis.

Cellulae in ambitu 6 levius prominulae. Pori in $\frac{1}{96}$ ''' 3 ultra diametrum discreti. In fracto specimine 11 cellulas vidi extremasque in sinistrae etiam frontis latere parvis poris sparsis instructas.

E maris aegaei fundo 270 pedes alto.

57. — osculata. P. dexiopora, amplissima, laevis, poris magnis crebris in spirae apertae dextro latere perforata, in sinistro integerrima, 21 cellulis $\frac{1}{4}$ ''' excedens, primordiali cellula valde ampla $\frac{1}{54}$ ''' lata globosa, nona secundae insidente, primo circulo $\frac{1}{14}$ ''' superante, parietibus crassis.

Cellulae in ambitu 9, a decima tertia inde in margine prominulae. Extremae cellulae frons late rotundata ostiolo sub basi amplo elongato.

E maris aegaei fundo 270 pedes alto.

58. PYLODEXIA pusilla. P. (= Globigerina pusilla) laevis, spira sinistra, integerrima, parva, 7 cellulis $\frac{1}{30}$ ''' lata, primordiali $\frac{1}{260}$ ''' lata, quinta secundam attingente, circum primum $\frac{1}{50}$ ''' altum absolvente, parietibus tenuibus.

In dextro spiram occultante latere apertura rotunda ampla, umbilico proquinqua, in extremae cellulae margine cernitur, in ambitu 4 cellulae prominent.

Ex abisso cretici maris 9720' alta.

- 59 —? Tetratrias. P. (= Globigerina Tetratrias) aspera, poris sparsis parvis perforata, 9 cellulis $\frac{1}{18}$ ''' lata, primordiali parva $\frac{1}{144}$ ''' lata, sexta cellula secundam attingente, circulo primo $\frac{1}{40}$ ''' alto, pariete primordialium cellularum tenui, externarum a sexta inde crasso.

Spira in sinistro latere aperta, 4 cellulae in ambitu prominulae, in dextro latere 3 conspicuae. Apertura obscura. Habitus Globigerinae Pentatriadis.

Ex abisso maris cretici 1500' alta.

Pyrodexiae nomine Globigerinas esse separandas, quae orificium amplum in dextro latere, spiram in sinistro apertam gerunt, in tractatu de atlantico abysso exposui, ibidem de Globigerina Pentatriade disserui, quae inter veras Globigerinas enumeranda est.

60. QUINQUELOCULINA? Hirudo. Q. parva, laevis, integerima, ovata, plana, 3 cellulis $\frac{1}{47}$ '' longa, primordiali cellula $\frac{1}{180}$ '' lata subglobosa, collo recurvo brevi tenui instructa, reliquis clavatis semicircularibus, extremae tertiae cellulae fine, in Hirudinis patellae suctoriae formam dilatato, parietibus tenuibus.

An Spiroloculina? Status juvenilis majoris formae esse potest, sed orificium dilatatum non congruit, Conferatur Spiroloculina Tuba.

Ex abysso maris cretici 6900' alta.

61. ROTALIA abyssorum. R. parva laevis imperforata 14 cellulis $\frac{1}{32}$ '' lata, primordiali $\frac{1}{288}$ '' lata, sexta secundam attingente, septima huic insidente, primo circulo 6 cellulis $\frac{1}{84}$ '' alto, parietibus tenuibus, cellulis in ambitu 7, leviter prominentibus, nec obliquis.

Ex abysso cretica 3000' et 9720' alta.

- 62, — Bractea. R. parva laevis imperforata 11 cellulis $\frac{1}{28}$ '' lata, primordiali $\frac{1}{144}$ '' lata, septima secundam attingente, octava eam superante, circulo primo 7 cellulis $\frac{1}{44}$ '' alto, parietibus tenuibus.

Cellulae parum prominentes in ambitu sex, leviter obliquae.

Ex abysso maris cretici 6600 ped. alta.

63. — cretica. R. subscabra, cellulis 8 amplioribus imperforatis $\frac{1}{21}$ '' fere aequans, primordiali ampla $\frac{1}{72}$ '' lata, octava secundam oblique tangente, circulo primo 8 cellulis absoluto $\frac{1}{25}$ '' lato, parietibus modice incrassatis.

Cellulae leviter prominentes in ambitu 7-8 vix obliquae.

Ex abysso cretici maris 1500 ped. alta.

64. — incerta. R. subscabra, cellulis 6 amplioribus imperforatis $\frac{1}{31}$ '' alta, primordiali $\frac{1}{84}$ '' lata ampla, primo circulo 6 cellulis non absoluto, parietibus crassis.

Juvenilis forma, cellularum fronte altiore, in margine limites cellularum non ostendens.

Ex abyssso maris cretici 6900 ped. alta.

65. ——— infernalis. R. laevis imperforata, 12 cellulis obliquis margine non prominulis $\frac{1}{32}$ ''' lata, primordiali cellula minore $\frac{1}{190}$ ''' lata, octava secundam attingente, primum circulum $\frac{1}{48}$ ''' altum absolvente, parietibus modice incrassatis.

Cellulae in ambitu 7-8.

Ex abyssso cretensis maris 1500' et 6900' alta.

66. SELENOSTOMUM aegaeum. S. lenticulare, laeve, imperforatum, 10? cellulis $\frac{1}{9}$ ''' latum, primordialibus cellulis obscuris media probabiliter $\frac{1}{4}$ ''' lata, sexta fere secundam tangente, circulo primo igitur $\frac{1}{16}$ ''' superante, parietibus parum translucen-
tibus crassis margine subcarinatis, in extrema cellula tenuibus.

Cellulae omnes valde obliquae falcatae depressae, fronte subacuta decumbente. Orificio lineari utrinque rotundato lato lunatim recurvo, tertia cellulae parte longiore.

E fundo maris aegaei 714 ped. alto.

67. ——— fimbriatum. S. priori simillimum 12 cellulis $\frac{1}{8}$ ''' aequans, carina sive margine denticulato instructum. Cellularum numerus propter parcam pelluciditatem incertus. Orificium brevius esse videtur,

E fundo maris aegaei 714' alto cum priore.

68. SPIROLOCULINA Tuba. Sp. laevis integerrima oblonga, 8 cellulis plicatis $\frac{1}{12}$ ''' superans, primordiali cellula $\frac{1}{68}$ ''' longa ovata, collo longo reflexo appresso tenui instructa, reliquis cellulis clavatis, extremae orificio edentato, in tubae modum dilatato margine reflexo, parietibus tenuibus.

Singularis orificii forma, quae simili modo in Quinqueloculina Hirudine occurrit. Cum haec corpuscula balsami ope diaphana fiant et in junioribus translucentibus cellulis talia orificia nusquam cernantur, utraque forma pro statu adulto non amplius excrescente haberi poterit.

Cum Spongiis maris aegaei.

69. ——— flexuosa. Sp. laevis integerrima oblonga, ampla, 9 cellulis $\frac{1}{6}$ ''' superans, primordiali cellula $\frac{1}{54}$ ''' lata, subglobosa, collo tenui reflexo instructa, penultima cellula et ultima flexuo-

sis, extremae tubulosae cellulae longa parte ad angulum obtusum deflexa, ostio truncato simplice.

Unicum specimen observatum est, quod pro abuormi formatione haberi poterit, sed ad quamnam cognitam speciem allegari debeat non liquet.

Cum spongiis maris aegaei.

70. **TRILOCULINA aegaea.** Tr. ovata turgida laevis imperforata, 3 cellulis $\frac{1}{20}$ ''' longa, primordiali globosa $\frac{1}{47}$ ''' lata, orificio non rostrato, truncato amplo rotundo, denticulo interno infero acuto instructo, parietibus tenuibus.

Juvenilis forma. E fundo maris aegaei 270 ped. alto.

71. **VAGINULINA irregularis.** V. laevis, imperforata, 3 cellulis $\frac{1}{5}$ ''' fere longa, cellulis irregularibus, ab uno latere constrictis, ab altero continuis, extremae frontes oblique attenuatae subrostratae, pariete modice crasso.

Tres cellulae inaequales media reliquis minor, ultima reliquis amplior, media levius, ultima basi subito arcte constricta, strictura tubulosa. Primordialis cellula in unico observato specimine deficere videtur. Basis et apex aequalem fere rostelliformam offerunt et perforata sunt. Productam cellularum et ostiolorum lateralium partem pro fronte habendam censui, tunc infera cellula maxima $\frac{1}{11}$ ''' longa, media $\frac{1}{20}$ ''', frontalis extrema $\frac{1}{12}$ ''' longa. Latitudo $\frac{1}{30}$ '''.

Ex abyssu maris cretici 1500' alta.

POLYCYSTINA.

72. **CARPOCANIUM Microdon.** C. ovatum, poris minoribus, limbo postremo constricto brevior, denticulis 8—10 brevibus, acutis.

A fossili siculo C. solitario in Microgeologia depicto illis characteribus differt. C. coronatum barbadense fossile statura porisque majoribus et limbi postremi denticulis ultra 20, longioribus, setaceis diversum est.

Ex abyssu 6600 ped. alta cretica.

73. **CENOSPHAERA porophaena.** C. poris majoribus in $\frac{1}{96}$ ''' spatio duobus contiguis rotundis, sphaerae margine laevi.

Sphaerae $\frac{1}{34}$ ''' fere latae.

E maris cretici abyssu 1500' et 6600' alta.

C. Plutonis in atlantici oceani abyssis 12000' alto et in maris cretici eodem illo abyssis observata differt „poris in $\frac{1}{95}$ '' subquaternis parvo spatio distantibus et sphaerae margine aspero". Hujus icon in Microgeologiae Tab. XXXV. B. exstat. **Cenosphaerinarum**, ostioli peculiaris defectu insignis, solitariorum **Polycystinarum** familia ab **Halicalyptrinarum** familia aptius distingui videtur, ejusque laeves aut aculeatae formae duo genera offerunt, quorum distinguendae variae formae, sive species sive varietates vocandae, in geologicis disquisitionibus utilitatem praebent et, incertae licet originis, omitti nequeunt.

74. **CORNUTELLA profunda**. C. (= **Cornut. clathrata** β **profunda** 1854.) lorica conica recta, poris numero et magnitudine cum longitudine crescentibus, in seriebus longitudinalibus rectis alternis, primordiali apice subgloboso imperforato, turgente, apiculo terminali insigni, poris in $\frac{1}{90}$ '' infra 4—5. supra 3. in serie recta. Icon in Microgeologiae tabula XXXV. B. Fig. 21.

Maximum specimen $\frac{1}{20}$ '' longum, 18 cellulis in singula serie continua, ex abyssis 6900 pedum erat.

Alia ex abyssis cretica 6600, 6900 et 9720 pedes alta.

Fossiles **Cornutellae** e saxis margaceis Siciliae et Barbadosis, nec non Nicobaricae insulae, quae antediluviano tempore adscribuntur, valde ab hac omnes differunt, id quod ex Microgeologiae tabulis 1854 editis elucebit. **Cornutellam clathratam** α in marginis Siciliae frequentem semper curvatam esse, nunc a me constitutum est, curvatae vero formae ex abyssis oceanicis nunquam extractae sunt, hinc rectas non varietates curvatarum esse nunc judicandum censui.

75. **EUCYRTIDIUM aegaeum**. E. articulis binis ternisque, primordiali parvo ovato, aculeo laterali recto acuto instructo, secundo conico-campanulato sine strictura in tertium cylindricum abeunte, apertura non coarctata ampla, pororum ampliorum seriebus longitudinalibus rectis.

Longitudo 3 articulis $\frac{1}{19}$ '' , duobus $\frac{1}{30}$ '' , primordiali unico $\frac{1}{59}$ '' , (hoc sine aculeo) $\frac{1}{120}$ '' . Aculeus sui articuli longitudinem habet. Pori in $\frac{1}{96}$ '' 3, in quavis articuli secundi et tertii serie 5-6. Latitudo $\frac{1}{40}$ '' . Plurima specimina duobus articulis con-

stabant. Cfr. icon in Microgeologiae Tab. XXXV. A. Fig. XIX. secundum specimen minus integrum et in obliqua positione observatum, unde pororum ordo turbatus erat. Nunc multa et integra specimina ex abysso cretico provenerunt et conservata sunt.

Ex fundo aegaeo 1020 et 1200 pedes et ex abysso cretica 6600 et 6900 pedes alta.

76. —— creticum. E. articulis (tribus) turgidis profunde constrictis depressioribus, primordiali transverse subovato et aculeo medio recto acuto instructo, secundo et tertio transverse ovatis, pororum tenuiorum seriebus obliquis crebris, apertura articulo suo angustiore.

Longit. 3 articulis $\frac{1}{33}$ ''', duobus $\frac{1}{44}$ ''', primordialis unici $\frac{1}{96}$ ''', ejusdem sine aculeo $\frac{1}{192}$ '''. Aculeus articuli sui longitudine. Pori in primo articulo paullo minores, quam in reliquis, ubi 6-7 in $\frac{1}{96}$ ''' numerantur. Latitudo $\frac{1}{48}$ '''.

Ex abysso cretica 6600 et 6900 pedes alta.

77. EUCYRTIDIUM microcephalum. E. articulis (septem) angustioribus, depressis, dilatatis, primordiali ovato, trilobo, inermi minimo, carinulis duabus decurrentibus, secundo, tertio et quarto articulo sensim amplioribus, reliquis subaequalibus, omnibus margine turgidis, strictura leviore discretis, poris parvis in seriebus longitudinalibus densissimis positis.

Longitudo 7 cellulis ultra $\frac{1}{24}$ '''. Balsamo praeparatum specimen situ prono mensuram specialem non admittit. Articulus primordialis $\frac{1}{140}$ ''' longus, secundus in illa conditione $\frac{1}{268}$ ''', tertius quartus et quintus fere $\frac{1}{96}$ ''' alti sunt. Latitudo quinti et sexti articuli longitudinem totius paene attingit. Pori 5-6 in singulis articularum majorum seriebus, iidem in $\frac{1}{96}$ ''' 6-7. Trilobae primordialis cellulae carinae laterales ad tertii articuli finem descendunt.

Primordialis articulus trilobus generis characteri alienus est, in quo 4 nec 3 primordiales camerae non raro bene distinguntur, quod in Microgeologiae icone Tab. XXXVI. 15. a accurate pictum est. Sed illi 3 lobi aliquantum obscuri dubiique fuerunt.

Ex abysso cretica 6600 pedes alta.

78. — seriolatum. E. articulis 5 depressis $\frac{1}{31}$ '' longum, primordiali semigloboso, inermi ampliore, secundo dilatato, reliquis a tertio inde parum latioribus subaequalibus, strictura forti discretis, pororum seu potius granulorum tenuium seriebus transversis in secundo et quinto articulo 4, in tertio et quarto 7, apertura amplissima simplice.

Specimen observatum sexti articuli fragmentum ostendit. Puncta superficiei pororum naturam non habent, sed granula potius splendentia esse videntur eaque, non contigua, 7-8 in serie recta $\frac{1}{96}$ '' spatium replent. Primordialis articulus alienis quisquiliis involutus parum distinctus erat. In alio speciminis primordiali articulo divisionem quaternam observavi.

Ex abyssu cretica 6600 pedes alta.

79. — siculum. E. medium turgidum utroque fine attenuatum, fusiforme, articulis leviter constrictis, apice primordiali subgloboso inermi, aperturae fine breviter et ample tubuloso, truncato, articulis 7 $\frac{1}{16}$ '' longum, poris in series longitudinales dispositis majusculis in $\frac{1}{96}$ '' quaternis, in articulo secundo et sexto 4 in quavis linea, in tertio et quarto 5, in quinto 3, septimi parte extrema late integerrima. Latitudo $\frac{1}{41}$ ''.

Divisio quaternaria, e septo bifurcato primi articuli conspicuam interna.

Hi characteres ad formam in marga sicula prope Caltanissettam obversantem pertinent, cujus margae aliae plures formae in Microgeologia pictae exstant. Huic speciei pororum magnitudine et ordine simile fragmentum in abyssu cretica 6600' alta me deprehendisse censui, sed dubia res est. Forsan haec etiam proprii typi forma diffracta fuit. Specimen periit.

80. — arctum. E. tribus articulis $\frac{1}{38}$ '' superans, primordiali subgloboso inermi parvo profunde discreto, secundo campanulato dilatato, tertio longiore praecedentis amplitudine, strictura levi discreto, poris in series transversas et obliquas, nec in longitudinales, dispositis, arcte contiguis, 7 in $\frac{1}{96}$ ''.

In primo articulo subaspero septum bifurcatum setaceum cernitur, quod in carinulam secundi articuli excurrit. Fragmentum singulare.

Ex abyssu cretica 6900' alta.

81. *FLUSTRELLA bicellulosa*. Fl. 6 circulis concentricis $\frac{1}{12}$ '' superans, circulis radiatim spinescentibus, cameris parum discretis, obsoletis, cellulosis, cellulis in series concentricas alternas ut plurimum binas dispositis in internis circulis minoribus.

Tres circuli cum nucleo parvo integri, reliqui fracti. In tertio circulo 5 cellulae, in sexto $4 \frac{1}{96}$ '' replent. Extremi circuli latiores. Juvenilis nucleus quadrangulus totidem spinis.

E fundo maris aegaei 1020' alto.

82. *HALIOMMA subtile*. H. subtile, ovatum, irregulariter cellulosum, nucleo oblongo simplici, setis duabus oppositis subtilibus. Longitudo $\frac{1}{60}$ '' cum spinulis $\frac{1}{46}$ ''.

Ex abyssu 9720' alta cretica.

LYCHNOCANIUM ——? L. parvum, cum spinis $\frac{1}{36}$ '' longum $\frac{1}{27}$ '' latum, ample porosum, articulo primo subgloboso inermi $\frac{1}{192}$ '' fere lato, secundo obtuse-triquetro $\frac{1}{120}$ '' fere longo in tres spinas setaceas tenues acutas ipso articulo longiores, leviter curvatas abeunte.

Pori in primo articulo parvi, in secundo magni in series obliquas dispositi, in $\frac{1}{96}$ '' 3. Propter situm obliquum in balsamo conservati unici speciminis non omnes partes bene distinguuntur, ideoque nomen specificum non dedi.

Ex abyssu cretica 6600 pedes alta.

83. *PTEROCANIUM Proserpinae*. Pt. speciosum amplum triarticulatum $\frac{1}{10}$ '' longum, primo articulo parvo globoso aculeo recto longo acuto, secundo amplo subovato campanulato, spinis tribus validis basi reticulatis terminato, tertio articulo sub spinis prodeunte.

Aculeus et spinae carinato-triquetra acutissima. Superficies articulorum aspera. Articulus primus sine aculeo $\frac{1}{86}$ '' longus poris parvis pertusus, aculeus articulo suo duplo longior, tribus cristis tenuibus eum amplectens. Articulus secundus $\frac{1}{28}$ '' longus, paulloque latior, pororum majorum seriebus decussatis curvatis. In serie longitudinali numerantur 10-11 cellulae utrinque decrescentes. Ab aculeo prodeuntes tres carinulae per articuli secundi parietem in spinas medias abeunt. Tertius articulus basi aculeos conjungit, secundo articulo angustior et laxius cellulosus est. (Hujus articuli fragmentum tantum observari potuit.)

Si deesset tertii articuli rudimentum, haec elegans forma ad *Lychnocania* referenda videretur: In articulo secundo amplo contiguae 3 cellulae $\frac{1}{96}$ ''' fere spatium replent.

Ex abyssu cretensi 6600' alta.

84. *PYLOSPHAERA mediterranea*. P. laevis, diametro $\frac{1}{30}$ ''' lata, poris contiguis parvis in $\frac{1}{96}$ ''' 5, apertura $\frac{1}{172}$ ''' lata subrotunda.

Apertura dimidium fere diametrum aequat.

Ex abyssu cretica 6600' alta.

85. *SPIRILLINA imperforata*. Sp. plana laevis integerrima nec diaphana, quinto ambitu $\frac{1}{25}$ ''' lata, centro non tumente, fine truncato.

Ex abyssu 1500' alta cretica.

Abhinc undecim annos (1847 Monatsber. p. 48) specimen et icones 285 specierum Polycystinorum siculorum et imprimis barbadensium in primo systematico ordine dispositorum, et in nova animalium classe separatorum academiae proposui, serius illum magnum formarum incognitarum numerum centenis, saepe novis speciebus e Nicobaricis saxis extractis valde auxi. De hac re anno 1850 (Monatsberichte p. 478) retuli idemque in *Microgeologia* p. 160 adnotavi. In ejusdem *Microgeologiae* multis tabulis magnus et marinarum et fossilium secundum formationes geologicas dispositarum specierum numerus iconibus illustratus est. Illa studia physiologicis et geologicis usibus aequaliter, quantum e testulis fieri potuit, adaptata erant. Cum vero viventium observandarum occasio mihi deesset, physiologicas evolutionis et structurae observationes iis curandas relinquere debui observatoribus, quibus occasio esset. Praeter vivarum specierum numerum e mari antarctico 1844 (Monatsber.) petitarum et praeter varias species ex abyssis atlanticis propositas, has etiam cum fossilibus comparandas in conservatis specimenibus propono. Fossilium specierum numerosarum publicatio a longo inde tempore praeparata candido ut accipiatur animo mox rogabo.

GEOLITHIA.

86. *DICTYOLITHIS irregularis*. D. reticulata plana cellulis magnis, variis, irregularibus.

Ex abyssu cretica 1500, 3000 et 6900' alta.

MOLLUSCA.

87. BRACHYSPIRA ampliata. Br. testa laevis sesquialtero spirae ambitu $\frac{1}{13}$ ''' superans, apertura ampla orbiculari spirae mediae imposita, parietibus tenuibus integerrimis.

Apertura spiram latitudinis tertia parte superat. Ex abyssocretica 3000' alta.

88. — Argonauta. Br. testa elegantissime sculpta, Argonautae habitu, uno spirae ambitu $\frac{1}{12}$ ''' superans, umbilico laevi, inferiore spirae parte longitudinaliter tricarinata, carinulis et fasciis transversis lateralibus (17) speciose denticulatis, superiore parte 7 carinis transversis rotundatis insigni, apertura $\frac{1}{26}$ ''' alta, parietibus tenuibus.

Cum spongiis maris aegaei.

89. — denticulata. Br. dimidio spirae ambitu $\frac{1}{11}$ ''' alta, apertura $\frac{1}{22}$ ''' alta, inferiore parte inde ab umbilico lineis denticulatis crebris (12 in utroque latere) subtilibus aspera, superiore parte valde dilatata, parietibus tenuibus.

E fundo maris aegaei 714' alto.

90. — laevis. Br. laevis, dimidio ambitu spirae $\frac{1}{23}$ ''' alta, apertura modice dilatata $\frac{1}{48}$ ''' alta, parietibus tenuibus.

Ex abyssocretica 1500' alta maris cretici.

Conferenda est Planaria nitens Lea. Vide Bronn Leth.

91. PLEUROSPIRA Cyclus. Pl. laevis sesquialtero spirae in dextro latere apertae ambitu $\frac{1}{20}$ ''' superans, apertura suborbiculari in sinistro latere ampla, umbilico clauso.

E maris aegaei fundo 714' alto.

92. — angulata. Pl. laevis sesquialtero spirae in dextro latere apertae ambitu $\frac{1}{15}$ ''' fere aequans, apertura prope spiram bis angulosa, superne rotunda.

Ex aegaei maris fundo 714 pedes alto.

93. DENTALIUM? acutum. D. conicum rectum laeve nitidum pellucidum non constrictum, apice clausum acutissimum, parietibus tenuissimis, $\frac{1}{10}$ ''' longum, latitudine maxima supera $\frac{1}{25}$ ''' aequans.

Ad longitudinem $\frac{1}{20}$ ''' auctum latitudinem $\frac{1}{36}$ ''' habet.

Ex abyssocretica 9720' alta.

94. —? aculeatum. D. conicum rectum laeve nitidum amplum, apice clausum in aculeum brevem acutum solidum pro-

ductum, (ante apicem leviter constrictum), parietibus tenuibus, 1''' longum suprema latitudine $\frac{1}{9}$ ''', $\frac{1}{4}$ ''' longum fere $\frac{1}{11}$ ''' aequans.

Ab apice $\frac{1}{10}$ ''' remotus testae locus $\frac{1}{15}$ ''', $\frac{1}{20}$ ''' remotus $\frac{1}{20}$ ''' latus est. Stricturas Dentaliorum casu formari Philippi censet.

E fundo maris aegaei 1020' alto. Maxima 1''' longa vidi.

95. —? Campana. D. conicum rectum laeve, parum diaphanum, minus, apice clausum in aculeum brevem acutum solidum productum (ante apicem constrictum), parietibus crassis, $\frac{1}{11}$ ''' longum, suprema latitudine $\frac{1}{24}$ ''' fere aequans.

Ad longitudinem $\frac{1}{20}$ ''' auctum $\frac{1}{34}$ ''' latum.

Ex abyssu cretica 3000' alta.

96. — Conus. D. laeve, amplum, valde dilatatum, obscurum, parumper diaphanum rectum, in apice rotundato apiculo terminatum canaliculo tenui medio aut rima laterali ibi instructum, non constrictum, parietibus crassis in apice crassissimis, longitudine $\frac{1}{4}$ ''' supremam latitudinem $\frac{1}{6}$ ''' attingens, margine supremo sinuoso.

Longitudine $\frac{1}{20}$ ''' aequans, latius quam longum. Crassities parietis apicalis $\frac{1}{30}$ ''' superat. Cavitas interna late rotundata exit.

Ex abyssu cretica 1500' alta.

97. — incurvatum. D. curvatum laeve nitidum utrinque attenuatum, postico apice truncato aperto, antico orificio paululum constricto, pariete postico crasso, anteriore modice tenui, lineam longum suprema latitudine $\frac{1}{7}$ ''', tenui fine $\frac{1}{20}$ ''' aequat.

Maxima specimina $2\frac{1}{2}$ ''' superabant. Superficies strias tenuissimas transversas circulares ostendit. A D. incurvo Ren. diversa species.

Ex aegaei maris fundo 1020' alto.

98. — obtusum. D. conicum rectum laeve nitidum aequaliter elongatum, apice rotundatum obtusissimum clausum, parietibus tenuibus. Longitudine $\frac{1}{4}$ ''' superans, suprema parte, $\frac{1}{10}$ ''' ab apice distante, $\frac{1}{36}$ ''' $\frac{1}{30}$ ''' lata.

Ex abyssu cretica 6900 et 9720' alta.

99. — tenue. D. conicum rectum laeve nitidum amplum, ante apicem constrictum, ipso apice acuto rima s. canaliculo medio insigni (fisso?), parietibus prope apicem valde crassis

superne valde attenuatis, 1''' longum suprema latitudine $\frac{1}{8}$ ''' aequat.

Cum $\frac{1}{20}$ ''' longitudine $\frac{1}{28}$ ''' latum. Apex solidus tenui canaliculo medio insignis acutus $\frac{1}{94}$ ''' longus.

D. tenuis ope D. Conus explicatur.

E fundo maris aegaei 360' alto.

Plurima haec profundi maris mediterranei Dentalia a D. Entali eo valde differunt, quod tubuli apice clausi sunt. His triginta fere annis ante Clar. Cuvier Dentalia ab Annulatis, quibus associata erant, remove haesitavit, etiamsi Deshayes 1824 ea Gasteropodibus Molluscis adscribenda esse probare studuerat. Philippi, strenuus et laboriosus naturae scrutator olim Berolinensis nunc Chilensis, in Enumeratione Molluscorum Siciliae 1836 p. 243 viva et fossilia omnia Dentalia inter Mollusca Gasteropoda recensere non dubitavit et abhinc duos annos Bronn in *Leithaea geognostica* Dentalia inter Mollusca Protopoda Cirribranchia collocavit, nuper Lacaze - Duthiers, zoologiae Professor Insulanus [Lillensis] (*Annales des sciences naturelles* 1856 p. 225) aliquam Dentalio Entali propinquam non sulcatam speciem in gallico mari frequentem egregio et admirabili studio explicavit ejusque Gasteropodum characteres large exposuit. Ex hoc unius tantum speciei studio apertura posterior in tenuiore fine posita ad Gasteropodis animalis formationem necessaria esse videtur. Philippi de Dentalii Dentalis apice his verbis utitur: „Apertura apicis angusta et testa ibi crassa non raro tubulo producto aucta, quod in omnibus speciebus casu fieri credo.” Praeterea ab eodem et ab aliis auctoribus multis species vivae et fossiles percensentur, non apertura, sed solummodo fissura tenuissima in fine attenuato insignes. In speciminibus fossilium de apertura terminali raro aliquid certi asseri potest. Quod ad microscopicas formas fundi maris attinet de apertura judicium ubique bene haberi potest. eaeque si ad juniorem statum cognitarum majorum formarem referendae essent, apicibus harum aequales esse deberent; nam apices sunt ipsi status juniores horum animalium. Tales apices, nostris formis similes, vero in nulla cognita

specie observati sunt. Hinc microscopicas, una linea longe breviores Dentaliorum species existere dubium non est.

Dentalium incurvatum ex his speciebus omnes characteres offert, qui e structura D. Entalis a Duthiers explicata postulantur. D. aculeatum, Campana et tenue ad eas formas accedunt, quas Gray Gadilae nomine 1844 instruxit. D. Conus et tenue simul inter formas apice fissas, (Entalis Gray,) pertinerent, nam canaliculum observatum pro rima habendum esse puto. D. aculeatum, acutum et obtusum neque aperturam neque rimam ostenderunt. Duo priora acuminata rimam occultare possent, sed D. obtusum neque aperturam neque rimam habere certum est. Cum haec vero caeteris characteribus et societate frequente conveniant, a Dentaliis ea remove aptum non judicavi. In Monopylae sectione maneant, Vermetis affines.

100. ARCA Ostreola. A. testa inaequilatera oblonga leviter curvata, glaberrima, tenuis, $\frac{1}{14}$ ''' longitudine $\frac{1}{19}$ ''' latitudine parum superans, apicibus mediis rotundatis, subsemiglobosis cardinis dentibus in linea recta, media brevi parte edentata, in uno latere 4 in altero duobus distentis.

Testa clausa duplex. Apex ad cardinem $\frac{1}{40}$ ''' latus $\frac{1}{115}$ ''' altus. Area non conspicua. Valvae ad cardinem in uno latere leviter impressae in altero convexae.

E fundo maris aegaei 714' alto.

101. ——— profundula. A. testa aequilatera, transverse oblonga glaberrima tenuis $\frac{1}{13}$ ''' lata, $\frac{1}{15}$ ''' alta, apicibus late rotundatis, cardinis dentibus in linea recta continua parum discretis, lateralibus utrinque 4-5 majoribus, mediis 15 minoribus. Testa (una observata) ad cardinem utrinque leviter impressa Apex ad cardinem $\frac{1}{28}$ ''' superans, $\frac{1}{80}$ ''' altus.

E fundo maris aegaei 714' altus.

102. NUCULA? N. testa orbicularis tenuissima laevis $\frac{1}{23}$ ''' fere lata, cardine angusto, medio laevi in latere uno denticulis 5-6 minimis instructo, apice non prominulo.

Ex abyssu maris cretici 6600' alta.

103. PECTUNCULUS Miodontiscus. P. testula parum longior quam lata, laevis, modice crassa lineis tenuissimis concentricis instructa $\frac{1}{15}$ ''' longa parumque et vix latior, paululum obliqua,

apice rotundo parum elevato, cardinis dentibus 4, in serie continua leviter curvata validioribus, truncatis, liberis et uno utrinque affixo. Testa clausa duplex observata est. Apex parum elevatus ad cardinem $\frac{1}{36}$ ''' fere latus, $\frac{1}{50}$ ''' fere altus. Valvae ad basin apicis utrinque leviter impressae.

E fundo maris aegaei 714' alto.

104. — Pliodontiscus. P. testula aequae lata ac longa laevis tenuior, lateribus inaequalibus $\frac{1}{13}$ ''' lata et longa, apice late rotundato modice elevato, cardinis dentibus in serie continua curva subflexuosa, utrinque 4 majoribus, extimis duobus minoribus, intermediis 9 parvis. Apex ad cardinem $\frac{1}{20}$ ''' latus $\frac{1}{135}$ ''' altus, impressione testularum levi inaequali ad apicem. In levioris impressionis margine striae obliquae obsoletae 3-4 cernuntur.

Ex abyssu maris cretici 3000' alta.

PHYTOLITHARIA.

105. LITHASTERISCUS Stellula. L. $\frac{1}{144}$ ''' latus, nucleo minimo, radiis setaceis tenuissimis.

Ex abyssu cretica 6600' alta.

Erklärung der Kupfertafel.

Eisen-Meteorstaub vom Süd-Ocean

gesammelt am 14. November 1856 auf dem Schiffe Joshua Bates.

Die natürliche Grösse der Eisenbläschen ist in Fig. 21 dargestellt. Die übrigen Figuren sind meist 100mal im Durchmesser vergrößert. Fig. 17, 19, 20 sind 300mal vergrößert.

Fig. 1-4 sind die Mongolfieren gleichenden zahlreichen Gestalten, deren grosse Öffnung unterhalb ist.

Fig. 4 hat zugleich einen Stiel und gleichsam einen Deckel wie eine Samenkapsel, dieser klafft in Fig. 5.

Fig. 6, 7, 8 sind mit Zonen versehene Gestalten,

Fig. 9 ist eine durch Crystallbildung höckrige Form, deren Oberfläche stark vergrößert den Figuren 18 und 20 gleicht.

Fig. 10, 11 und 12 sind gestielte oder geschwänzte Gestalten. Fig. 11 hat eine seitliche Öffnung.

Fig. 13 ist eine schwarze Kugel mit rostgelben Eisenoxyd-Flecken und Anhang.

Fig. 14 ist eine langgestreckte eingeschnürte und gestielte Form.

Monatsberichte

der

Königlichen

Preufs. Akademie der Wissenschaften
zu Berlin.

Aus dem Jahre 1858.

Mit 4 Tafeln.

Berlin.

Gedruckt in der Druckerei der Königl. Akademie
der Wissenschaften.

1859.

In Commission in Ferd. Dümmler's Verlags-Buchhandlung.